

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6510

**Autre(s) référence(s) :** Bates 165 / ARTEM 2844

**Auteur(s) :** Raoul de Tosny [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** La Croix-Saint-Leufroy, La Croix-Saint-Leufroy (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1071-1083]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Raoul [de Tosny] donne à l'abbaye de la Croix-Saint-Leufroy la forêt sur la colline avoisinée du village de Cally[-sur-Eure] et concède la donation faite par l'ancien prévôt Henri. Il donne également les biens de deux personnes.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Évreux, Archives départementales de l'Eure, H 280.  
Les mentions dorsales ne sont plus visibles. Pas de trace de sceau.

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 1, p. 459-460.
- b. Lebeurier Pierre-François (Abbé), *Notice historique sur l'abbaye de La Croix-Saint-Leufroy*, diocèse d'Évreux, Évreux, Hérissey, 1866, p. 46, n° 3.
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 165, p. 548-549.

### Indications

Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 2, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, Errata et Addenda to vol. 1, n° 194a.

## Dissertation critique

Cet acte se situe entre le début de l'épiscopat de Gilbert II d'Évreux en 1071 et la mort de la reine Mathilde en 1083.

Texte établi d'après c

SALVATOR noster dominus Ihesus Christus rex cælorum postquam carnem ex intacta virgine assumere crucisque patibulum pro humani generis reparatione sustinere dignatus est, sponsam suam sanctam ecclesiam quam preciosissimo suo sanguine consecravit, multorum filiorum sobole foecundavit, quorum alii pro fide Christi præclarissimas passiones protulerunt, alii vero verbum Dei populis predicantes per totius orbis climata eam diffuderunt, alii divitiis seu terris diversisque præterea honoribus decenter ornaverunt. Horum ego Radulfus vestigia subsequi cupiens, pro redemptione animæ meæ et patris mei et matris meæ et omnium parentum meorum

viventium seu defunctorum, pro spe salutis eterne, in honore Dei omnipotentis monasterio SANCTÆ CRUCIS sub presentia domni ODILONIS eiusdem loci abbatis, silvam quandam in monte qui est super villam que Calliacus dicitur sitam quæ Crassovallo interiacente ab altera silva disiungitur, absque cuiusquam calumpnia absolute do ; necnon etiam omnia quæ in villa TOENIENSI HEINRICUS quondam eiusdem villæ prepositus, nunc vero ipsius monasterii monachus, vel in aliis locis quæ meæ dicioni subiacent ipsi monasterio dedit, sive in vineis, sive in terris, simul quoque omnia quæ Radulfus monachus filius Gisleberti de Cleris in seculari habitu positus possedit, et universa que Rainoaldus pater Guilielmi monachi dum viveret tenuit, quantum ex his ad me pertinent, supradicto monasterio sine ullius contradictione libenter concedo. Addo etiam hoc ut si quis meorum hominum Dei amore ductus, aliquid ipsis in locis prefato loco Sanctæ Crucis dare voluerit, ex mea concessione firmissimum fiat. Propter hoc ergo ab eiusdem coenobii abbate domno ODILONE et cuncta fratrum ibidem Deo servientium congregatione, orationes et beneficia suscipio in æternum, in salutem animæ meæ et patris mei et matris meæ, et omnium parentum meorum viventium seu defunctorum. AMEN.

SIGNUM GUILL(EL)MI REGIS ANGLORUM +. SIGNUM REGINÆ MAHILDIS +. SIGNUM RADULFI DE CONCHIS +. SIGNUM GISELBERTI EPISCOPI EBROCENSIS +.